



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 26. Sessiones quarta & quinta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

remus; sed recusavimus, dicentes: si habes quæ ad Concilium dicas, ipse veni, & loquere. Lectionem etiam hujus Scripturæ audire noluimus. Ipse subscripsit, & nobis abeuntibus, dixit, se eam ad Concilium mittere. Theophilus Presbyter, quæ Mamas retulerat, suo Testimonio confirmavit. Concilium mandavit, ut Eutyches a Memnone Presbytero, & Thesauri Custode, Epiphane, & Germano, Diaconis, Citationem scriptam ferentibus ad diem post istam quartam, nempe decimam septimam Nov. tertia vice comparere juberetur.

## §. XXVI.

*Sessiones quarta, & quinta.*

Die Sessionem tertiam sequente, scilicet 16ta Nov. celebrata est quarta. Asclepiades Diaconus, & Notarius, dixit: aliquot Monachi Eutyche, & Archimandrita Abraham, admitti petunt. Flavianus dixit? *ingrediantur!* tum interroganti, ad quid venissent, Abraham respondit, missos se ab Eutyche, quia ipse ægrotaret, subjungens: *revera tota nocte ingemiscens somnum non cepit; ego quoque eandem insomnem duxi, heri enim sub vesperum vocari me jusserat, & commisit mihi aliqua, quæ ad vos referrem.* Flavianus; *ægrotantem non urgemus, Dei est, tribuere Sanitatem, nostrum vero expectare,*

Sæculum V.  
A.C. 448.

Sæculum V. *Etare, donec melius habeat. Absit a nobis*  
 A.C. 448. *crudelitas! Deus nos constituit, ut omnia*

*Humanitatis officia omnibus exhibeamus.*  
 Abraham: *aliud mihi mandatum dedit,*  
*quod aperiā, si interrogetis.*

Flavianus: *quomodo fieri possit, obsecro! ut dum unus accusatur, alius pro ipso respondeat? ægroto nolumus esse molestus, at si huc venerit, Patres, & Fratres non veniet; non est nobis ignotus, necdum veteris amicitiae affectum deposuimus. Quis olim prodiit, ut veritatem contra Nestorium tueretur, hodie multo magis veniat, ut se ipsum defendat. Homines sumus, & multi, etiam Maximi viri, errarunt. Penitentiae neminem pudeat, sed in peccato perseverare, turpe est. Veniat ad nos, & errorem suum confiteatur; præteritum condonamus. Spondeat, se imposteriorum constitutionibus Patrum non adversaturum, & ulterius novum Dogma non disseminaturum. Id ut fiat, necessarium est. Antequam tibi notus esset, virum novi. Et postquam surrexissent subjunxit Flavianus: *nosti, quantus sit Actoris Zelus! omnia lenta nimis videntur, dum res fideliter agitur. Deus scit, quantum rogaverim, ut animo moderaretur, non persuasi, quid facere possim? forte vestram ruinam cupio? hoc Deus nolit!**

Sequenti die, vigesima septima Novæ ad Sessionem quintam conventum. Mem.

non Presbyter ad tertiam Eutythis cita-  
tionem delegatus, quid egisset, retulit  
in hunc modum: *Eutythes dixit: nisi*

*Abraham Archimandritam, ut meo nomi-  
ne in ea omnia consentiat, quæ Patres Con-  
cilii Nicæni, & Ephesini, & Beatus Cy-  
rillus docuerunt. Tum Eusebius Dory-  
leensis, timens, ne ipse Calumniator ha-  
beretur, si Concilium huic Confessio-  
ni acquiesceret, loquentem Memnonem  
Presbyterum interturbavit, dicens: jam*

*Eutythes in omnia consentit; accusavi  
ipsum de his, quæ tempore præterito dixit,  
non vero quæ aliquando dicturus esset. Si*

*modo ipsi orthodoxa expositio prælegatur,  
cui coactus subscribat, num ideo causa ce-  
cidi? Flavianus dixit: non licet tibi ab  
Accusatione desistere, nec ipsi de præteri-  
tis tacere. Eusebius: rogo te, ne hæc  
verba mihi noceant; testes habeo exceptio-  
ne majores. Si enim furi, in carcere de-  
tento, dicas, noli imposterum furari, abs-  
que omni dubio promittet. Memnon de-  
inde ulterius retulit, Eutychem dilatio-  
nem petiisse usque ad finem illius Septi-  
manæ, & promisisse, se in Concilium pro-  
xima die Lunæ venturum.*

Illi postea ingredi iussi, qui ad Mona-  
stera, in Tomum Eutythis inquisituri,  
missi fuerant. Presbyter Petrus dixit:  
*adivimus Monasterium Martini Presbyte-  
ri, & Archimandritæ, &, nobis interro-*

Ff 3

ganti-

Sæculum V.  
A. C. 448.

p. 207.

Concilium  
Constanti-  
nopolitanum.

Sæculum V. *gantibus, dixit: ultima die Veneris,*  
 A.C. 448. *jus Mensis Novembris duodecima, Euty-*  
*ches suum Tomum per Diaconum, cui No-*  
*men Constantinus, ad me misit, rogans*  
*ut subscriberem. Recusavi, dicens; non*  
*mei esse muneri subscribere, sed Episcopo-*  
*rum; instabat, dicens: nisi modo conspi-*  
*raveris mecum, me primum prosterne-*  
*re Episcopus, tuncque etiam te obruet. (\*)*  
*Inde ad Presbyterum, & Archimandritam*  
*Faustum digressi sumus. Flavianus, lo-*  
*quentis sermonem interrumpens, quæ-*  
*sivit: quid autem Martinus sentiebat de*  
*materia Tomi, cui subscribere noluit?*  
*dixit Petrus: agebat, esse Doctrinam Con-*  
*cilii Ephesini, & S. Cyrilli; adesse etiam*  
*Subscriptionem, sed eam occultari. Al-*  
*bas Faustus similiter dixit, missum sibi per*  
*Constantinum, & Eleusinium fuisse To-*  
*num, cui subscriberet; quæsit, quid con-*  
 p. 212. *tineat, responsum, esse expositionem Doctri-*  
*næ Nicænæ, & Ephesinæ; dixit: hanc &*  
*nos habemus; permittite, ut examinem,*  
*ne forte quidquam additum fuerit. Ipsi*  
*audita de examine mentione, abierunt.*  
*Faustus subjunxit: Filii Ecclesiæ sumus,*  
*& post Deum non habemus Patrem, nisi*  
*Archiepiscopum.*

*Johannes ad nos dixit: nullum Eutyches ad*  
*nos Tomum misit, sed dictum est nobis; bis*  
*diebus*

(\*) Hæc Constantinus in Persona Eutychis loquitur.

diebus Archiepiscopus Tomum ad vos mit-  
 tet, ut subscribatis; nolite facere! Ac-  
 cessimus ad Manuelem, qui nobis respon-  
 dit, nihil ad se missum. Idem responsum  
 ab Abrabamo retulimus. His auditis, Eu-  
 sebius Doryleensis petiit, ut Eutythis cau-  
 sa juxta Canones judicaretur, existimans,  
 sufficientia contra ipsum allata fuisse ar-  
 gumenta. Id Flavianus non negabat;  
 at nihilominus, ut de justitia securissimi  
 essent, Eutythis moram usque ad sequen-  
 tem diem Lunæ 22dam Nov. quam pe-  
 tierat, concessit.

## §. XXVII.

## Sessio Sexta.

Sessio sexta die Sabbati, Mensis Nov. vi-  
 gesima, habita. Eusebius Doryleen-  
 sis petiit, ut ad diem Lunæ sequentem  
 vocarentur certæ Personæ, quæ sibi, ut  
 plene contra reum probaret, erant ne-  
 cessariæ, nempe Narses, Presbyter, & Eu-  
 tythis Syncellus, Maximus, Archiman-  
 drita, & amicus ejus, Constantinus Dia-  
 conus, ejus Apocrysiarius, & Eleusinius,  
 alter ex ejus Monasterio Diaconus. Jussit  
 Flavianus, ut vocarentur. Tum Euse-  
 bius dixit: *indicatum mihi est, quod Pres-  
 byteri, Mamas, & Theophilus, qui ad Eu-  
 tythem secundo vocandum missi sunt, aliqua  
 dicentem audiverint, quæ non retulerunt,  
 etiamsi ad penitus cognoscendam ipsius de-*